



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio Quarta. Eximere solet Papa subditosà iurisdictione Episcopi  
durantelite, etsi alioquin ipso jure subditus exemptus non sit. R.P.D.  
Cassadoro. In tit. de Privilegijs decis. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

fit, sed maneat subiectus, idem, ne facile quilibet improbus litigator pro illa se eximere possit à superiore, fit commissio uni ex Prælatiis, ut cognoscat de iustitia, nimirum an talis sit lis, quæ sufficientem timorem pariat in iustæ oppressionis, an verò sit lis frivola & calumniosa, aut studio partis in longum protrahenda, quæ cognitione facta si appareat inimicitias fore tales, quæ sufficientem prætextum reculationis causam, conceditur exemptio pendente lite, vel durante causa inimicitiarum, & quandoque etiam restringitur ad certum tempus, ne subditus antea habeat litem protrahendi. Et de hoc stylo concedendi exemptiones in Signatura vel Marchesin. de Commiss. tom. 2. de commiss. avoc. caus. §. 1. num. 67. & seqq. Solent & tales exemptiones aliquando concedi per Breve, ut testatur Staphilius de lit. grat. tit. de rescript. in forma Breve, §. indulgum num. 10.

## DECISIO QUARTA.

Eximere solet Papa subditos à jurisdictione Episcopi durante lite, cui alioquin ipso jure subditus exemptus non sit.

R. P. D. CASSADORO.

In tit. de Privilegiis decis. 6.

### SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| 1 Exemptus à jurisdictione Episcopi Clericus non est, propter litem inter ipsum & Episcopum. | ne Episcopi lite durante.  |
| 2 Jurisdictio Episcopi lite pendente inter ipsum & subditum est suspensa quoad illam.        | 4 Subditus propter severitatem à jurisdictione superioris eximitur.                    |
| 3 Papa solet eximere subditos à jurisdictione  | 5 Defensio unicuique jure permessa est.  |
|  | 6 Exemptio licet durante lite concedatur, restringitur tamen ad Superioris instantiam. |

**L**icet inferior, & subditus Episcopo non sit exemptus ab eo, vel ejus jurisdictione, si ipse contra Episcopum, seu Episcopus contra eum litem moveat, sive in causa civili, sive in criminali, vel alia, cum hoc non reperitur jure cautum, quin potius contrarium, ut in c. nonne. l. III. q. III. & in c. olim. Ubi etiam glossa de accusa.

sententia. *de Host.* & Abb. notantes, quod pendente lite inter subditos & Prælatum, suspensa est Prælati jurisdictione quoad eam causam, & totum negotium ad superiorem, coram quo litigatur, delatum, super aliis verò potest contra subditos suam exercere jurisdictionem, aliàs absolventur propterea ab obedientia, quod esse non debet, & probat *text. in d. c. olim ibi*, contra *justitiam spoliavit*, nihilominus Papa in Signatura solet tales eximere, durante lite, ne propterea superior sæviat, aut injanosè aliquid agat contra sibi subiectum: pro quo *text. d. c. olim*, in *arg. & ratio*, propter ipsam litem odium concepisse superiorem in inferiorem potest prælatum aut timeri, hoc est quod *Host. en dicit*. & *Abb. sequitur in d. c. xi. in l. fallentia*, de *sequestra pass.* & *fruct.* quod si aliqui coaquerantur de tyrannide domini, & propterea timeant, ne sæviat in eos, tunc bonus iudex facit illos asscurari si potest, aliàs pendente lite sequestrari: idem si Religiosi conquerantur de Prælati suis. *Arg. d. cap. olim. de accusa.* & *c. ex parte*, eo ut. accedit dictum *Joan. Fab. in §. sed*, & hoc tempore, *inst. de his qui sunt sui, vel alie. jur.* quod, ubi quis gravatur per tuum superiorem durius, taliter, quod possit ad sævitiam reputari, potest eximi ab ejus jurisdictione & subiectione, ut in §. & aliis *juribus adductis per eum*, & quod *Host. in sum. de privileg. dicit §. qualiter amittatur. III. col. dum infert*, datum videri exemptionis privilegium, ne quis ab ordinario opprimatur, & si quis exemptus opprimat ordinatum, amittere debet privilegium, ut puniatur in eo, in quo delinquit, *Cap. pastoralis, de jure pat. XI. quest. 3. privilegium*, sed ista vel non adstrin-gunt, vel parum faciunt, ex quo fundantur in sævitia vel oppressione, cum non dicatur quis sævire aut opprimere agendo, ex quo utendo jure suo vel permissione, actiones, non facit injuriam alicui. *L. injuriarum §. i. ff. de injur. cap. cum Ecclesia* *Vulterana de elect.* quando potius quilibet Prælati jura sua Ecclesie defendere, & pro illis agere tenetur, pro quibus permittitur postulare, aliàs negligendo peccat, *cap. fin. de postul. cap. ea que, cum glos. de offi. Archi.* minus si se defendat, etiam communicationem redditur in invitum, & omni jure est permitta defensio, etiam *ex- quam licet unicuique si judic. se vendi. cap. intelleximus. cum ibi no. de judic. & cap. dilecto. cum sim. de excep.* Item si indistinctè daretur exemptio, facilè subditi procurarent lites contra superiores, ut exemptionem mererentur, & obtinerent, & eas diu-tius pro viribus foverent ac protraherent, & præstaretur occasio delinquendi, contra *l. ii. de indic. vidui. tollen. & l. meminerint. unde vi.* & talis stylus nutritivus peccati debet potius refrænari. *Cap. pen. de consuet. cap. cum dilectus. de his, que vi- metuove causati.* & propterea in prima supplicatione subditi datur simpliciter exemp-tio durante lite, postea ad petitionem superioris ad tempus, pro ut de annis 1519. & 1520. in una lite inter capitulum Burgen. ex una, & Episcopum ex alia super ju-risdictione: & in duabus aliis litibus inter alios Signatura usa est hoc temperamento, quia

quia post primam gratiam, quae eximebat, durante lite, in secunda concessa exemptionem ad tempus sex mensium, & non ultra, ad hoc, ut subditi essent diligentes ad causae expeditionem, & non possent ultra malitiosè eam protrahere, in secundum qualitatem causarum, & conditionem personarum, conceditur plus vel minus de tempore exemptionis arbitrio Signaturæ, quae si cognoscat superiorum auctorem differre expeditionem, medebitur inferiori modo praemissio, vel praefigendo terminum superiori, infra quem expediat, & si distulerit, concedendo exemptionem lite tali durante.

DECISIO QUINTA.

Exemptio ab obedientia Episcopi datur subdito, quando inter eum & Episcopum durat aliqua lis, & quare?

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. exemptionis.

Veneris 11. Maii 1629.

SUMMARIUM.

- 1 Exemptio, ut alicui concedatur, hoc est positum in arbitrio iudicis, & num. 10.
- 2 Lite pendente inter subditum, & Episcopum, negotium devolvitur ad iudicem suspensâ Episcopi jurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur.
- 3 Exemptionem durante lite inter subditum, & Episcopum, tam Signaturæ, quam sacra Congregat. super Episcopis, & Regularibus solet concedere.
- 4 Sub-

Est inter recent. decis. de par. 5.

*Handwritten notes in the left margin:*  
1104  
1105  
1106  
1107  
1108  
1109  
1110  
1111  
1112  
1113  
1114  
1115  
1116  
1117  
1118  
1119  
1120  
1121  
1122  
1123  
1124  
1125  
1126  
1127  
1128  
1129  
1130  
1131  
1132  
1133  
1134  
1135  
1136  
1137  
1138  
1139  
1140  
1141  
1142  
1143  
1144  
1145  
1146  
1147  
1148  
1149  
1150  
1151  
1152  
1153  
1154  
1155  
1156  
1157  
1158  
1159  
1160  
1161  
1162  
1163  
1164  
1165  
1166  
1167  
1168  
1169  
1170  
1171  
1172  
1173  
1174  
1175  
1176  
1177  
1178  
1179  
1180  
1181  
1182  
1183  
1184  
1185  
1186  
1187  
1188  
1189  
1190  
1191  
1192  
1193  
1194  
1195  
1196  
1197  
1198  
1199  
1200